

geatis. Quapropter duplici hoc testimo-  
 nio, & Christi, & Spiritus sancti, per Psal-  
 mistã prolato confirmati, cum Davide exul-  
 temus: Dominus est pastor noster, & nihil † 23.  
 nobis deerit. Et cum Filijs Choræ: Non de- † 84.  
 erit ullum bonum timentibus Dominum, &  
 optatis eventus respondebit.

## NARRATIO.

SI in præsentem mundi statum mentis  
 & oculorum aciem intendimus, de-  
 prehendimus eum esse miserrimum.

Multi enim hominum inanibus curis  
 se excruciant, Deoq; diffidunt. Contra  
 eiusmodi autem tentationem, Christus  
 egregiam concionem consolatoriam ha-  
 bet in hodierno Evangelio. Quapro-  
 pter, ut & præsentem tempore mederi, &  
 Christi concionem dulcissimam in no-  
 strum usum transferre possimus.

- I. Considerabimus ipsius præpositio-
- II. Confirmationem. (nem.)
- III. Perorationem.

## DE PROPOSITIONE.

I. Propositio est dehortatoria, pertinens  
 ad genus deliberativum, & continetur  
 his verbis: *Ne solliciti sitis de animã ve-*  
*strã, &c.* Estq; bimembris:

1. enim